Zalinska Mscichy Intromissio

Ittr Regni Gnlis Providus Joannes Pietranski authenticus et jura:
tus offtus prnti bene notus Coram eodem offo pntibus actis publice et
libere recognovit Quia ipse die hesterna una cum Nobilibus
Michaele Xiwinski et Bartholomeo Pietrzykowski condescen:
dendo ad villam Mscichy ibidem Gnosam Dorotheam Bagienska
consortem Gnosi Andreani Zalinski in bona omnia mobilia et
immobilia in haereditate praefata Mscichy consistentia ipsi per
Gnosum Christophorum Sutkowski in suma Mille Trecentorum
floren pollon modo obligatorio coram actis praesentibus inscripta videlicet
fundum Curiam aedificia omnia praedium areas hortos agros
prata campos silvas stagnum piscinas praehensionem piscium
tabernam braxatorium subditos eorum fundos gazas et totam
substantiam ac obedientiam usufructus generaliterque omnes
proventus utilitates et attinen juxta latiorem continentiam eius
modi inscriptionis ex libera admissione eiusd Gnosi Sutkowski
nemineque alio tam in bonis quam hic circa acta impugnante
intromisit et in possessionem pacificam contulit ac subditis obedi:
entiam praestandam indixit.

Borowo Obligatio

Coram offo et actis pntibus pstr comparens Nobilis Dorothea filia od
Laurentij Borowski relicta consors olim Nobilis Petri Borowski
Sana mente et corpore existens palam ac libere recognovit Quia No:
bili Alberto olim Joannis Borowski et ipsi potenti bonorum suorum
immobilium in haereditate Borowo existen sittos Quinque sulcos
a granitie Borowie ad plateam tenden inter metas Stagnulini
et sororis suae recognoscen jacen cum aedificio agris et omnibus
utilibus nullis exceptis in suma triginta floren pollon hacnon
ad exemptionem obligavit ac inscripsit Cui jam ex nunc intraten
cum pacifica possone per dictam et Nobilis offtiore acceptantem dat et
admittit Submittendo se cum suis successoribus de oibus bonis memo:
ratum contentum et eius succes occone praemissorum ab omni impedi:
mento iuris quarumvis personarum toto tempore tenutae eiusmodi
tueri defendere evincere et esse per se et per submissas personas
non inturbare sub vadio simili Vt Coram offo pnti peremptoria
responsione omnibus juris remedijs et defensis ac legalibus impedi:
mentis etiam de jure concessis se et suos succes vi abrenuncien.

Hrymiewicze Quietatio

Coram offo et Actis pntibus Castren Branscen pstr Comparens Nobilis
Martinus olim Laurentij Hrymiewicki nomine Nobilium Basilij
et Pauli Hrymiewickich filiorum olim Mari Hrymiewicki privignorum

Suorum